



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XII. De literis ipsius Apostolici ad Ruthardum Archiepiscopum Moguntinum
pro S. Ottone directis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

De literis ipsius Apostolici ad Ruthardum
 Archiepiscopum Moguntinum pro
 S. Ottone directis.

CAPVT XII.

Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei
 Ruthardo, Moguntino Archiepiscopo,
 salutem & Apostolicā benedictionem.

*Pontifex com-
 mendat Ottho-
 nem Archiepi-
 scopo Mogunti-
 no.*



Vantum à sua institutionis exordio Babebergen-
 sis Ecclesia sedi Apostolica familiaris extiterit,
 prudentia tua notum existimamus. Congruum
 igitur duximus, ut venientem ad nos venerabi-
 lem fratrem nostrum Ottonem, eiusdem Ecclesie Electum, in-
 tegra & perfecta praterita familiaritatis gratia suscipere-
 mus.

Praterea quoniam Ecclesia eadem per diuturna iam tem-
 pora Episcopalis officij solitudine caruit, & propter prateri-
 ti schismatis ultionem in Teutonicis partibus perpauca Epi-
 scopali funguntur officio, iuxta ipsius Ecclesie postulationem,
 eidem fratri nostro charissimo, cum per multa ad nos venisset
 pericula, consentientibus & unanimi sententiā decernenti-
 bus omnibus, qui nobiscum aderant, Episcopalis benedictionis
 manum, Domino largiente, contulimus, salua nimirum debi-
 ta tua Metropolis reuerentiā. Eum igitur ad vos cum nostra
 gratia dulcedine remittentes, fraternitati vestra literis pra-
 sentibus commendamus, ut quanto sedi Apostolica familiari-
 or creditur, tanto apud vos charior habeatur, Data Latera-
 nis 12. Calend. Iunij.

Talibus

Talibus scriptis beatissimum Patrem nostrum Ottonem Apostolicus, diuæ memoriæ, Ruthardo Archiepiscopo, fidei suo, commendans, quàm intimis paterni amoris visceribus eum amplectendo foueret ac fouendo amplecteretur, euidentius apparuit. Nec immeritò. Præuidebat enim beatum hunc firmissimam Ecclesiæ Dei columnam futuram, & arcam Domini inter vndas diluuij felicissima gubernatione recturum. Nihilominus clero & populo Babebergensi idem summus Ecclesiæ Pastor literas huiuscemodi transmisit, vt filiis quoque vnicum Patrem ante gratum ex hoc gratiorem redderet.

De literis ipsius Apostolici ad clerum & populum Babebergensem Ottonem suum commendantis.

CAPVT XIII.

Paschalis Episcopus seruus seruorum Dei, Vide & ita edit. à Can. l. 6. 1. cap. 9.
Clero & populo Babebergensi, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Quanta affectionis debito Babebergensis Ecclesia ab ipso sua constitutionis primordio sedi Apostolica constringatur, etsi nos lateret, literarum vestrarum significatio manifestat. Quod affectionis debitum venerabilis Frater noster Otto, vestra Ecclesie Electus non * inconstanter tenuisse, & tenere cognoscitur, Pontifex commendat Oikonomem Bamberg.
cum per tot & tanta pericula ad Apostolica sedis visitationem * Mendose editio Canisiana: Non inconstanter.
* tendere procurauit. * edit. Canis. percurrat.

Nos igitur cum debita benignitatis affectione suscepimus, & iuxta vestra dilectionis desiderium, nostris, tanquam Beati Petri manibus, saluo Metropolitanani iure, vobis per
Dei